

Divisio totius
opis

multa inter currebant. quae differre
non oportet. & me prius ad soluendum occupa-
bunt; hoc autem de civitate dei grande opus. tandem
XVII. libris est terminatum; Quorum quinque primi
eos refellunt. qui res humanas ita prosperari
uolunt. ut ad hoc multorum deorum cultum quos
pagani colere consueverunt. necessarium esse arbi-
trantur. & quia prohibet. mala ista exoriri atque ha-
bundare contendunt; Sequentes autem quinque ad-
uersus eos loquuntur. qui fatentur haec mala nec de-
fuisse umquam. nec defutura mortalibus. & ca-
nuntia magna. nunc parua locis temporibus. per
seminisq. uariari. sed deorum multorum cultum quo eis
sacrificatur propter uitam. post mortem futuram esse u-
tile disputant; his ergo decem libris dicitur iste uane
opinionis Christianae religioni aduersario refellun-
tur; Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse.
non autem nostra asseruisse reprehenderet. sic agit pars
altera operis huius. quae libris XII. continetur.
quamquam ubi opus est. & in prioribus. decem quae nostra
asseramus. & in duodecim posterioribus. redargu-
amus aduersaria; Duodecim ergo librorum sequen-
tium primi quatuor continent exortum
duarum ciuitatum. quarum una dei. altera huius
mundi. Secundi quatuor. excursus earum siue
percursum. Tercii uero qui & postremi. debitos
fines; Ita omnes uiginti & duo libri cum sint
de utraque ciuitate conscripti. titulum tam

unus populi dicunt filii israel;
EXPLICIT PROLOGVS.

Hoc sunt undem bis quippe uolumine libri.
Precipuus doctor. quos Augustinus & auctor
Ediderit primus diuino flamine plenus;
Hos postul summas. nec honore minore colendus
Nullius theca conscribi iussit in ista.
Ipseque cum propriis emendans autus alumnus.
Seruicio sancti Martini iure penam
Tradidit hoc pacto. uiuentum ut denique libro
Deletus periret. si quis hinc tollere temptet
Hos codices umquam. iustaque dei incidat iram. Am.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.
INCIPIUNT SANCTI AUGUSTINI
EPISCOPI LIBRI DECEM